

XXIV. Iudex expensas, quamvis non petita fuerint, parti
vincenti adjudicare potest.

Ex Jure Publico.

- I. Publicum & privatum Ius Objecto non forma differunt.
- II. Collectum est ex divinis & humanis etiam naturalibus
principiis.
- III. Imperium nostrum, quod est (1) de quatuor Monar-
chiis. (2) Idem post tot mutationes, & (3) una Respubli-
ca, adhuc hodie recte Roman. dicitur.
- IV. Ad Carolum M. à Pontifice translatum non est.
- V. Male à Pontifice allegatur praescriptio, quae est Iuris
Gentium.
- VI. Bellum est falsus Iuris Titulus.
- VII. Imperatores nostri post Carolum M. nunquam habue-
re successionem absolutam, sed mixtam cum electione.
- VIII. Capitulatio per se non est titulus, sed Iurium per se
subsistentium declaratio.
- IX. Obligat Imperatorem non simpliciter.
- X. Restitutio in integrum contra Pontificias fraudes ex
Iure Naturali bene defenditur.
- XI. Plerumque quem quis protegit, ejus fit Dominus.
- XII. Male Lampadius Status Civibus Imperantibus ac-
censet.
- XIII. Male concluditur, hic est relatus in circulum, ergo
est Status Imperii.
- XIV. Director Circuli alius quam Germanus non potest
eligi.
- XV. Conventus speciales in scio Imperatore instituere
licet.
- XVI. Matricula non probat Statum Imperii.
- XVII. Imperator Major est Imperio.
- XVIII. Praecise Germanus est eligendus.

B

XIX. Ius